


ANNO MDCCLXVII  
IN LUDWIGSBURGO REGIO AC DOMISO  
**DOMINI GODI DEDICATUS** EST AUGUSTO  
PRO CIVITATE ET MENTAVTONIS  
AUGUST AUGUST AUGUST AUGUST AUGUST  
CELEBRATIONE SOLEMNI  
PRO CON SAC CER OMIN IPS IPS IPS IPS IPS  
**DOMINI IOHNES GOTTHOFREDO BERGERO**  
ARCHIATUS CAPITAL COLLEGUS MED. SENIOPRE  
PRO LICENTIA  
CONSEGUENDO SPARSOS IN ARTE  
SANCTATI CARITATIS  
LIBERAL TEMPORE  
CONSCIENTIAIS CONSCIENTIAIS CONSCIENTIAIS  
TRANSLABORATUSIS TRANSLABORATUSIS TRANSLABORATUSIS  
VITAM EMBRACE VITAM EMBRACE VITAM EMBRACE



N.S.

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O IVRIDICA 1032. 5  
DE CONTRA 1708 46  
VINDICATIONE

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
**FRIDERICO AVGVSTO**  
PRINCIPE REGIO, ATQVE ELECTORATVS  
SAXONICI HEREDE

PRAESIDE  
**IO. HENRICO BERGERO**

POTENTISSIMI REGIS ET PR. ELECTORIS SAXONIS  
IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIO  
ATQVE ORDINARIO IN ACADEMIA  
VITEMBERGENSI  
AD D. XV. DECEMB.  
cīo Icc IIX.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISCEPTATIONI  
SVBMISIT

**CAROLVS LVDOV. DE LICHTENHAYN,**  
EQVES SAXONICVS  
AVCTOR.

---

EDITIO SECUNDA.

WITENBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.  
cīo Icc XVIII.





I.

**Q**ui rei vindicatione conueniuntur, *In rei vindi-*  
*catione libellum* reus bre-  
respondendum et lis contestanda uissime se  
est, sufficere existimant, si simpliciter intentionem actoris negent; expedit, si  
neque opus esse arbitrantur, ut simpliciter  
ipsi, praeterea aliquid affirment. neget in-  
Atque haec quidem consuetudo tentionem  
actoris.  
non omnino uidetur esse reprehendenda, sed potius,  
tanquam egregia cautela, in *L. 9. C. de Except.* praescri-  
bitur, ut uidelicet reus, si intentionem actoris proba-  
tione deficere animaduertat, nulla ulteriore defensio-  
ne uel exceptione utatur, sed simpliciter dicat, rem  
ad actorem non pertinere. Hoc enim casu, nisi a-  
ctor dominium suum certis argumentis demonstra-  
uerit, reus absolvitur ab intentata actione, quamvis  
ipse nullam iustum possidendi causam habeat, *L. 28.*  
*C. de R. V. L. 4. C. de Edendo*, immo, ut *DD. recte arg.*  
*L. 4. §. 7. Si serv. vind.* concludunt, quamvis etiam fa-  
teatur, non se, sed tertium quendam rei illius dominium  
esse. Igitur nulla est compendiosior uia, qua rei litigiosae  
possessor vindicationem, quam sine fundamento  
sibi intentari uidet, citius declinare et eludere queat,  
quam, si simpliciter intentionem actoris inficietur, et

sic in eum onus probandi reiiciat. Nam tunc facile, si alter muneri illi non satisfecerit, uictor recedet atque absoluetur.

## II.

*Sed duo* Atque tum in praesens quidem securus erit posse exinde re-sessor, non tamen imposterum. Quare Brunnem. ad L. sultant in 28. C. de R. V. Sed tamen, inquit, quando reus absolutus est commoda; propterea, quia actor suam intentionem non probavit; haec primum, sententia uidetur mere interlocutoria; & actor, non obstante quod reus, rei iudicatae auctoritate, denuo agere posset, nisi reus de iure latus, i.e.-suo docuerit, arg. L. Si inter me 15. in f. de Exc. rei iud. Id rum possit quod ita intelligendum est: cum liberum sit actori, ab eodem rem vindicanti, secundum ea, quae utilissime in L. n. auctore §. 1. & 2. de Exc. rei iud. praecipiuntur, rem non simplici-conueniri. ter, allegato faltem dominio, sed, adiecio simul titulo, siue causa, ex qua rem acquisierit, u. g. donatione, emtione, permutatione etc. petere; si hoc fecerit, et, deficienibus faltem probationibus, succubuerit; non impeditur postea, ex noua causa siue titulo eandem rem iterum persequi, neque reus ei hoc casu rei iudicatae exceptionem valide opponet. Quoniam enim in sententia, rem faltem ex allegata causa ad actorem non pertinere; pronunciatum, non uero dominium absolute ipsi abdicatum, aut reo adiudicatum fuit; debet utique actor, si deinde nouum dominii sui fundamentum afferat, iterum audiri. Vide quoque L. 3. C. de Perit. ber. Hoc igitur primum incommodum exinde resulat, si reus in rei vindicatione item negatiue solum contestetur, ut deinde possit ab eodem actore eadem actione super eadem re, quandocunque illi libuerit, rursus conueniri.

## III. Sed

## III.

Sed alia praeterea est non minor molestia, quae *Deinde, ex eadem causa proficiscitur. Haec autem in eo con-* *quod hu-*  
*sistit, quod possessor, quamvis saepius huiusmodi rei iusmodi*  
*vindicatione conuentus, ab eaque absolutus sit, non ta-* *sententia*  
*mén dominus rei litigiosae efficiatur, atque adeo, si de-* *ad pro-*  
*inde fortassis cum tertio super eadem re agendum, et* *bandum*  
*dominium ab ipso nunc probandum sit, non possit pro-* *dominum*  
*bationis loco sententiam, pro se in priore processu la-* *non profit.*  
*tam, allegare. Multae uero poterunt emergere actiones,*  
*in quibus reus ille, antea uictor, nunc super eadem*  
*re actoris uice fungi, et contra alias experiri, atque si-*  
*mul dominium suum probare cogatur. Posset acci-*  
*dere, ut casu quodam possessionem amittat, atque tunc*  
*opus erit, ut ipse contra tertium rei vindicationem in-*  
*stituat, et diabolicam illam, uti ab Accurso uocatur, do-*  
*minii subeat probationem, cui nisi plene satisficerit,*  
*ipse nunc ex eodem fundamento, ex quo antea absolu-*  
*tus fuerat, condemnabitur. Neque poterit in proba-*  
*tione sibi imposita ad sententiam, pro se antea latam,*  
*confugere; quippe in qua non ipsius dominium affir-*  
*tum, sed alterius saltem intentio reiecta fuit. Sed in*  
*aliis quoque actionibus, quae fortassis, salua etiam pos-*  
*sessione, ipsi suscipienda erunt, et in quibus eadem*  
*dominii probatio necessaria est, cum iisdem difficulta-*  
*tibus luctuabitur, utputa, si aet one confessoria, L. 16. de*  
*Except. uel negatoria, L. 4. §. 7. Si serv. vind. uel ex lege*  
*Aquila, L. 11. §. 6. & 9. Ad L. Aquil. uel condicione furtiva*  
*L. 14. §. 16. de Furtis experiendum sit. Nam in his quo-*  
*que dominium, quod necessario per commemoratas*  
*modo LL. probari debet, non ex sententia illa absolu-*  
*toria, sed ex aliis longe difficilioribus argumentis est*

demonstrandum. Quocirca manifestum est, possessorem, qui rei vindicationem contra se institutam, negata simpliciter actoris intentione, elidit, neque contra illum ipsum actorem, neque contra alios ex eiusmodi sententia securum esse, neque posse ex illa dominium suum in aliis occasionibus probatum dare.

## IV.

*Igitur consultius est reo, contra-vindicare.* Igitur longe diuersa cautio reo praecipienda est, quam si obseruet, non solum nouos actoris sui conatus facile eludet, sed et contra alios tutum se praefabit, et dominii probationem, quae saepe, uti ex superiori §. constat, suscipienda est, facilime perficiet. Illud scilicet remedium adhiberi oportet, quod ICti Romani in §. 1. I. de Act. L. 15. C. de R. V. L. 14. de Probat. & L. 39. de Liber. causaz praecipiunt, sed, quod hucusque, fortassis peraduocatorum imperitiam, ignoratum, nec sine magno clientum detimento neglectum fuit. Debet scilicet is, a quo res vindicatur, si certam de iure suo fiduciam habeat, non simpliciter intentionem actoris negare, sed quoque, sese rei illius dominum esse, affirmare, rationes suas desuper afferre et probare, atque urgere, ut in sententia ipse non saltem absoluatur et actoris intentio reiiciatur, sed, ut praeterea super demonstratione dominii a se facta pronuncietur, et ipsem dominus declaretur. Hoc enim si fiat, eiusmodi sententia et paratam tibi contra quemcunque actorem exceptionem praefabit, et sufficientem dominii probationem in omni causa suppeditabit.

## V.

*Nomen et descriptio contra-vindicatio-nis.* Atque hoc est illud ipsum remedium, de quo in praesente scripto copiosius agere constituimus. Contra vindicationem id commodissime appellari posse, exstima-

stimamus, non quidem legum et antiquorum scriptorum Latinorum auctoritate suffulti, sed viros tamen clarissimos, *Alexandrum ab Alexandro, Cuiacium, Gotbofreduum, Straubium Schilterumque* in eo imitati. Evidem Polletus in *Historia Fori Romani l.5. c. 4.* formulas recenset, quibus olim Romanii in vindicatione sint usi; atque inter illas primam fuisse, ait: *Hanc ego rem iure Quiritum meam esse dico, secundam; At ego contra eam uendico. Sed ex quo auctore ille hoc hauserit, ingenue fateor, me ignorare. In iis profecto, quos uidi, formulam hanc non deprehendi.* Vide *infra* §.9. Ceterum inutile esse arbitramur, ut more aliquorum circa ipsius nominis explicationem diu haereamus, cum, quid sit *contra*, quid *vindicatio*, nemo debeat ignorare. Igitur ad ipsam statim argumenti huius tractationem progrediemur, praemissa tamen aliqua contravindicationis descriptio, sed breui, et tantum ad aliqualem eius ideam formandam accommodata. Erit itaque nobis contravindicatio exceptio dominii (*L. 16. de Publ. in rem acti.*) a reo institutae contra se rei vindicationi opposita, qua ille, se dominum rei vindicatae declarari, intendit.

## VI.

Ea, quae in sequentibus afferemus, hanc descriptionem nostram magis illustrabunt. In illis uero hoc ordine utemur, ut primum ex priscis Romanis auctoribus usum contravindicationis in ueteri republica Romana demonstremus. Deinde ad maiores nostros, anticos Germanos, transibimus, et, quomodo illi saluberrimo hoc remedio usi fuerint, ostendemus. Denique ad nostra fora ueniemus, dispiciemusque, quam utilis hodieque illa contravindicatio esse queat; ubi simul dubia, quae nobis circa illam obiici poterunt, resolute-

*Ordo totius scripti.*

soluernus, et aliquas non iniucundas de ea quaestiones proponemus. Deum interim immortalem, ut his laboribus nostris benignissime adspiret, deuote ueneramur.

## VII

*Origo con-  
traundi-  
cationis e  
Graecia.*

Igitur primum de contrauindicationis usu apud priscos Romanos dispiciendum est. Sed cum illi iuris prudentiam suam ex Graecia ab Atheniensibus acceperint, hanc quoque contrauindicationem ab iisdem desumisse uidentur. Apud Athenienses enim genus aliquod iudicii receptum erat, quod proxime ad nostram hereditatem petitionem accedit: Ipsi ἐπιδικεῖν, uel κληγεῖν τὸν κλήρον, vindicare hereditatem uocabant. In hac ἐπιδικαστίᾳ, qui heredem se asserebat, necesse habebat, ut publice per praecomenem prouocaret, quotquot super hereditate secum experiri uellent. Atque haec prouocatio nisi facta esset, ipso jure nulla erat aditio hereditatis. Si quis uero contradictor exsurgeret, is ὀμόφωνται, h. e. simul asserere, simul vindicare dicebatur. Neminem tamen ad hanc contradictionem admitebant, nisi iuriurandum sponzionemque praestaret partis bonorum decimae, quam amittebat, si causa caderet. Totum hoc iudicium αὐτιγραφὴν appellabant, qua uoce contrauindicatio proprie exprimitur. Plura de hoc processu ex Demosthene, Polluce, Harpocratone congesit Petitus in Legibus Atticis l. 4. tit. 4. Sed praeter hereditatem in rebus quoque singularibus receptum erat, ut quis ὀμόφωνται, h. e. ut supra diximus, simul uel contrauindicare posset. Discimus hoc ex Polybio l. 12.

*Lis vindi-  
ciarum a-  
pud Ro-  
mans.*

IX.  
Inter reliqua igitur iuris Attici capita hoc quoque de contrauindicatione in rempublicam suam trans-  
tule-

tulerunt Romani. Atque hoc ipsum iudicium super hereditate, quod Graeci ἀντιγεγένη, illi litem uindiciarum uocarunt. Sic enim Aiconius Pedianus: *Lis, inquit, vindiciarum est, cum litigatur ea de re apud praetorem, cuius, incertum est, quis debeat esse possessio,* (i. e. dominus:) et adeo *is, qui rem tenet, satisdat propraeda litis vindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium est; rursus, cautione praefixa, sponsione pronocatur ab aduersario certae pecuniae aut aestimatio- nis, quam amittat, nisi sua sit hereditas, de qua contenditur.* At non solum in hereditate, sed & aliis rebus mobili bus et immobilibus, quin etiam in iuribus eadem litem uindiciarum recepta fuit. Sic, cum de libertate aliquius controuersia esset, *is, qui personam huiusmodi seruum suum esse aiebat, uindicias secundum seruitutem postulabat;* *is contra, qui eam liberam esse contendebat, uindicias secundum libertatem perebat.* Atque adeo uterque simul uindicabat, alter in libertatem, alter in seruitutem. Cuiusmodi modus egregie describitur a Livio *l. 3. c. 44. sqq. ex quo aliqua decerpit Pomponius in L. 2. §. 24. de O. I.*

## IX.

Sed omnium optime ex Gellio *l. 20. c. 9.* discimus, *Describi- quomodo mutuae hae uindiciae potissimum in rebus tur pro- immobilibus et fundis fuerint peractae.* Scilicet par-cessus uin- tes, quae uindicias contendebant, *manum ex iure conser- diciarum, re in LL. 12. tabb. iubebantur.* Qua in re antiquissimis et, quid reipublicae temporibus ita procedebant, ut praeto- fuerit, ex rem in agrum litigiosum, uel, si quid aliud esset, praef- iure ma- sentem deducerent, atque uterque rem manu prehen- num con- deret, et uerbis omnibus uindicaret. Sed postquam ferere.

B.

Etio-

ctionibus ac negotiis occuparentur, et sic ipsi in re litigiosa adesse grauarentur; litigantes non ex iure apud praetorem manum conferebant, sed ex iure manu consertum uocabant, i. e. alter alterum ex iure, siue iudicio, ad conferendam manum in rem, de qua agebatur, uocabat. Profecti igitur simul in agrum, de quo lis erat, terrae aliquid ex eo, uti unam glebam, in urbem, in ius, h. e. ad praetorem deferebant, in eaque gleba, tanquam in toto, uindicabant. Atque ipsas adeo formulas, quibus in tali occasione utebantur partes, Cicero nobis in *Orat. pro Muraena* mirifice descripsas reliquit. Is uidelicet, qui rem sibi uindicabat, sic dicere necesse habebat: Fundus, qui est in agro, qui Sabinus uocatur, cum ego ex iure meum esse aio. Inde ego te ex iure manu consertum uoco. Alter uero, a quo res petebatur, et, qui illam sibi contra afferebat, sic respondebat: Immo meus est. Vnde tu me ex iure manu consertum uocasti, inde ibi ego te reuoco. Reliqua uide apud ipsos auctores, quos excitauiimus. Consulas quoque *Arnobium adversus gentes* l. 4. ubi, cum paganos deridet, quod plures sibi Deos eiusdem nominis finixerint, quinque Mineruas inducit, de proprietate huius nominis rixantes, atque super sacrificiis et cultu sibi preestantio uindicias exercentes, ubi singulae ius suum probare et ceterarum argumenta infringere anniuntur.

## X.

*Variac  
contra-  
uindica-  
tionis ap-  
pellatio-  
nes.*

Itaque, quod nos nunc commodiore uocabulo *contrauindicationem* et *contranindiceare* appellamus, hoc Graeci ἀντιγραφήν, ἐπίδιεν, αὐτοφένταν et παραπάτησιν uocabant; Romani ueteres item *uindiciarum, uindi-*  
*cias sumere, uindicias posulare, uindicias dare, ex iure ma-*  
*nnum conserere, uim et contentionem festucariam, et aliquando*  
*exceptio-*

exceptionem iusti dominii dicebant. Atque exinde explicari debent textus illi, quos *supra* §. 4. attulimus, quorum interpretationem infra, cum de usu hodierno contravindicationis in foris Germaniae agendum erit, remitemus.

## XI.

Nunc ad maiores nostros, Germanos ueteres, eo- *De Con-*  
*rumque iura transeundum est. Nam et illi contra-*  
*trauindicationem non ignorarunt. Multa, quae de iis di-*  
*catione ci poterant, magna diligentia, et eo, quo solet, ingenio*  
*executus est Schilterus Ex. 16. §. 21. sqq. sed plura tamen*  
*nostrae industriae reliquit. Quare operam dabimus,*  
*ut ea, quae ille copiosius explicat, in pauca coniiciamus,*  
*atque si quae ab illo fortassis praetermissa sunt,*  
*suppleamus.*

## XII.

Inter omnes Germaniae gentes, apud Francos *I. Francos-*  
*potissimum, contravindicationem in usu fuisse, ex anti-*  
*quis illis legibus et monumentis, quae Goldastus, du Fres-*  
*nius et Lindenbrogius colegerunt, constat. Si quis uide-*  
*licet terram quandam ab altero possessam sibi afferere,*  
*uel, uti tunc loquebantur, euindicare conabatur, posses-*  
*sor iste, et reus, quem contracausatorem uocabant, contra-*  
*pellare uel contratenere dicebatur. Defensionem eius*  
*contrapoitionem, sententiam uero, quae in eiusmodi pro-*  
*cessu ferebatur, chartam euindicatoriam, uel praeceptum*  
*euindicatorium appellabant. Haec sententia uel actori,*  
*si ille superior discesserat, et rem elrigauerat, domini-*  
*um adiudicabat, uel reum, si huius argumenta fortiora*  
*fuerant, dominum declarabat, et in possessione conser-*  
*uabat. Plura hac de re uide apud du Fresne in Glossar.*  
*medice et insimae Latinitatis sub istis uocibus. Maxi-*  
*mam*

mam uero hic lucem afferunt *Marculpbi Formulae solennes*, in iudicis illo tempore adhiberi consuetae. Faciunt huc potissimum illae, quas n. 164, 166, 169, 170, 172, 173. affert. In tribus prioribus iudicium recensetur, quod inter colonum, seu hominem proprium, et dominum ipsum vindicantem reddi solebat. Ille igitur, qui vindicabatur, non solum intentioni actoris contradicebat, eamque simpliciter negabat, sed praeterea ingenuum se asserebat, et, quod de parentibus Francis et ingenuis natus esset, contendebat. Igitur, quod maxime notable est, hoc casu non aduerfario eius probatio imponebatur, sed ipse iubebatur, 12. testibus, uel cognatis suis, uel aliis hominibus liberis adductis, iurejurando assertionem suam confirmare. Quo facto, ipse Francis et ingenuus pronunciabatur. Eodem ferme modo in euindicatione terrarum, siue fundorum procedebant. Namque ille, qui conueniebatur de fundo restituendo, necesse habebat, uel rationes tradere, per quas ipse terram habere deberet, uel iusurandum simul cum XII. aliis hominibus desuper praestare. Iurisiurandi formulam idem *Marculpbus* hanc exhibit: *Iuro per hunc locum sanctum et Deum altissimum, et virtutes sanctis N. quod ego terram illius hominis, uel coniugis suae, de eorum potestate per fortiam (uim) nec proprijs (usurpau) nec pervaui, sed de ista parte triginta et uno anno uel amplius semper exinde fui vestitus (inuestitus) & post me divisi (desuper inter liberos meos disposui) & per legem et iustitiam plus obtineat, me illam habere, quam ipsi illi, aut coniugi suac, illam reddere.* Denique sententia siue pro actore, siue pro reo haec sequebatur: *Taliter iudicaverunt, ut ipse de praesente die ipsam terram contra N. uel heredes suos, uel quemlibet hominem omni tempore bateat euindicatam arque eligitam, tam ipse,*

*ipse, quam & posteritas sua, et ductus et securus exinde va-  
teat residere.*

## XIII.

Ex his Francorum iuribus desumptae sunt illae II. *Ala-*  
*Alamannorum et Baiuvariorum leges, quas Schilterus manno-*  
*Ex. 16. §. 21. sgg. affert. Nouas tamen illic sollennitates, rum.*  
*quae cum festucaria Romanorum contentione & iure*  
*windiciarum ferme conueniunt, adiectas uidebis. Ac*  
*praeterea, sublata iurisurandi religione, nouum pro-*  
*bationis genus introductum fuit, ut uidelicet hi, qui*  
*inuicem de dominio litigabant, rem singulari pugna,*  
*duello, uel wadio, dirimerent. Rem totam melius cognos-*  
*cemus, si potissima ex istis legibus excerptamus, atque*  
*aliquas etiam a Schiltero omisssas adiiciamus. Ex Alaman-*  
*norum legibus praecipuae sunt 84 & 87. Illa: Si quae,*  
*inquit, contentio orta fuerit inter duas genealogias (familias)*  
*de termino terrae eorum, & unus dicit, hic est noster terminus,*  
*alius revadit in alium locum, et dicit, hic est terminus noster;*  
*ibi praesens si comes de plebe illa, & ponat signum, ubi iste vo-*  
*luerit, et ubi ille aliis voluerit terminum, et girent ipsam con-*  
*tentionem, (circumeant agrum litigiosum.) Postquam*  
*girata fuerit, veniant in medium, & praesente Comite tollant*  
*de ipsa terra, quod Alamanni curffodi dicunt, & ramos de ipsis*  
*arboribus infigant in ipsam terram, quam tollunt, et illae ge-*  
*nealogiae, quae contendunt, leuent illam terram praesente Co-*  
*mite, et commendent (tradant) in sua manu. Ille inuoluat*  
*in fanone (clinte) et ponat sigillum, et commendet fideli ma-*  
*nus, usque ad statutum placitum (constitutum diem.) Tunc*  
*spondeant inter se pugnam duorum. Quando parati sunt ad*  
*pugnam, tunc ponant ipsam terram in medio, et tangant ipsam*  
*cum spathis (gladiis) suis, cum quibus pugnare debent, et te-*  
*stifcentur Deum cretorem, ut cuius sit iustitia, ipsius sit et*

victoria, et pugnant. Qualis de ipsis uicerit, ipse posidet illam contentionem, et illi alii praesumtiōsi (iniusti inuasores) quia proprietatem contradixerunt, XII. solid. componant, (multū) L. 87. uero: Si quis, ait, res suas apud alium hominem inuenerit, quicquid sit, aut mancipia, aut pecus, aut aurum, aut argentum, aut alia spolia, et illa reddere noluerit, et contradixerit, et post haec coniunctus fuerit ante iudicem, aut simile, aut ipsum reddat, et cum XV. solid. componat, quia proprietatem eius contradixit, id est, temere contrauindicavit.

## XIV.

*III. Baiuuariorum.* Inter Baiuuariorum leges illa omitti non debuisset, quae tit. II. §. 5. continetur. Quotiens de commarchanis (limitibus) contentio nascitur, ubi evidētia signa non apparent in arboribus, aut in montibus, nec in fluminibus, et iste dicit: Hucusque antecessores mei tenuerunt, et in alodē (hereditatem) mihi reliquerunt, et ostendit secundum propriam arbitriū locum; alter uero nibilominus in ipsius partem ingreditur, alium ostendit locum, secundum prioris uerba, (repetita eadem formula) suum et suorum antecessorum semper fuisse usque in praesens assērit. Et si alia probatio nusquam inueniri dignoscitur, nec utriusque inuasionem compensare (agrum litigiosum aequalite diuidere) uoluerint, tunc spondeant innicem webadine (duellum) quod dicimus, et in campiones non fortiantur (alios pugnatores suo loco non substituant) sed cui Deus de derit fortiam (uigorem) et ueteriam, ad ipsius partem designata pars, ut queritur, pertinet. Deinde etiam notatu dignus est tit. 16. §. 1. et 2. Si quis homo pratum, uel agrum, uel exartum (siluam excisam et culturae aptaram) alterius contra legem malo ordine inuaserit, et dicit, suum esse, propter praesumptionem (iniustum usurpationem) cum sex solid. componat et exeat. Si uero (con-

(contra actorem) suum uoluerit vindicare illum agrum, taliter uindicet. Iuret cum VI. sacramentalibus (hominibus ad iurandum et testimonium ferendum aptis) et dicat: Ego tua opera priora non inuasi contra legem, quia mea opera et labor prior hic est, quam tuus. Tunc dicat ille, qui quaerit: (actor) Ego habeo testes, qui hoc sciunt, etc. Ille homo, qui hoc testificare uoluerit, commarchanus (uicinus) eius debet esse, et debet habere VI. solidorum pecuniam, et similem agrum. Legi quoque debet tit. 17. §. 2.

## XV.

Vidimus antiquissima Alamannorum et Baiuua-<sup>IV. Sue-</sup>  
riorum iura. Ex his originem traxerunt leges Sueui-<sup>uorum.</sup>  
cae, quae Speculo Sueuico continentur. Sueui enim ipsi  
Alamanni sunt, aetate saltem posteriores. Igitur pri-  
scas horum consuetudines non multum ab iis mutatas  
deprehendes, nisi quod loco duelli legales iterum pro-  
bationes, quae per testes fiebant, sint introductae.  
Quod si tamen illae deficerent, iudicium aquae, das  
Wasser-Urthel/ de quo infra loquemur, admittebatur.  
Ipsa iuris Sueuici capita, et, quae ad illorum explicatio-  
nem pertinere uidentur, egregie collegit idem, quem  
supra laudauimus, Schilterus Ex. 16. §. 27. sgg. Quibus  
cum nihil addere queamus, nolumus operam illorum  
saltem repetitioni impendere, sed lectorum beneuo-  
lum ad dictum auctorem remittimus.

## XVI.

Potius ad Saxones nostros transimus, quos in  
hoc argumento Sueuis obscuriores esse, Schilterus, sed  
immerito, accusat. At non potuit aliter iudicare Vir <sup>negligen-</sup>  
optimus, ob exiguum, quam in textibus Saxonis col-<sup>tior est</sup>  
<sup>V. Saxo-</sup>  
<sup>num, in</sup>  
<sup>quorum</sup>  
<sup>iuribus</sup>  
<sup>ligen-</sup>  
<sup>Schilterus.</sup>

ligendis adhibuit, industriam. Tria enim hic sunt, in quibus lapsus esse uidetur. Primum est, quod loca plurima, maximeque necessaria, ex *Speculo Sax.* omittat. Alterum, quod *ius statutarium* (*Weichbild*) et *feudale Saxonum*, quae ius prouinciale mirifice illustrant, plane non commemoret. Tertium, quod casus, qui textibus ab eo allegatis continentur, confuse proponat, neque recte a se inuicem distinguat. Quare nos, ut caliginem, quam *Schilterus* induxit, discuriamus, supplebimus ea, quae ille neglexit, non solum ex iure prouinciali, sed etiam ex *statutario* et *feudali*, ac deinde distincte omnia et perspicue proponemus. Videlicet cum praecipua apud Germanos rerum diuisio sit in mobiles & immobiles, harum uero iterum in feudales et allodiales, nos quoque eodem ordine utemur, ut initio rerum mobilium, tum immobilium, earumque allodialium, denique feudalium contrauindicationem consideremus. Atque primum de rebus mobilibus agendum est, de quibus nihil plane *Schilterum* dixisse, neque textum illum *Spec. Sax. l. 2. art. 36.* fere in hac doctrina praecipuum, obseruasse miror.

## XVII.

*Saxonum contra in- dicatio (a) in rebus mobilibus.* Clarissimus igitur de rerum mobilium vindicatio- ne textus extat in *Speculo Sax. cit. l. 2. art. 36.* ex quo potis- sima hic excerptemus: Mit des Richters Urlaub mag ein Mann sein Gut wohl ansprechen mit Recht; (h. e. dominus rei mobilis, uenia iudicis impetrata, rem et iam priuatum a possessore repetere potest.) Will aber der/ so das Gut hat/ diesem sein Recht an den Gut wie- dern; h. e. si possessor neget, petitori in re ista ius competere) ehe für Gericht kommt/ so bitte der/ so es an;

anspricht / daß er sich kehre mit ihm für Gericht. Kommt jener mit Willen vor Gericht / er soll sich unterwinden seines Gutes mit Recht / (i. e. actor rei vindicationem instituat.) Spricht aber jener darwider / ob es Gewand oder Tuch wäre / er habe es lassen würcken / oder ob es sein Pferd wäre / oder ein ander Vieh / er hab es gezogen (se id educasse) in seinem Stalle / der mag es mit mehrerm Recht behalten / der es ihm gewehret hat / (possessor, qui rem sibi contrauindicavit) ob er es selb dritt seiner Nachbaren gezeugen mag/ denn jener/ der es angesprochen hat. Apparer ex his uerbis, eum, a quo res mobilis vindicatur, debuisse non simpliciter actori contradicere, sed dominium suum argumentis et tribus testibus adhibitis probare. Necessaria itaque de iure Saxonico in rebus mobilibus erat contrauindicatio. Quodsi uero possessor dominium suum demonstrare non poterat, sed ab alio se rem eam emisse, uel accepisse, dicebat ; tunc, si auctorem suum nominare non poterat, res ipsi auferebatur, atque actori, si ille suum dominium per tres testes probauerat, restituebatur. Si uero possessor auctorem suum indicabat, hoc casu necesse erat, ut, praestito prius iureiurando et cauzione in casum succumbentiae, petitorem ad illum duceret. Et actor debebat necessario praeceuntem possessorem etiam per 14. dies, non tamen trans mare, sequi. Cum ad eum peruenissent, a quo possessor se rem accepisse dicebat, hunc oportebat possessoris defensionem contra auctorem suscipere, atque itidem docere, quo iure res illa ad se peruenisset. Et hoc casu non infrequens erat, ut actor ad nouum iterum auctorem, et ab hoc rursus ad alium, ac sic porro, duceretur. Tandem si unus ex his auctoribus, quos Wehrmannus

C

uoca-

uocabant, in probatione deficeret, res illa ad priorem dominum redibat, atque possessor pretium suum ab auctore recipiebat. Res ipsa tamen, antequam lis ad finem perduceretur, apud possessorem remanebat. Vide *Speculum l. 1. art. 9. l. 2. art. 36. Weichbild. art. 130. & 133.*

## XIIIX.

(β) In immobilibus. Sed haec iura in rebus mobilibus obtinebant. Circa immobilia aliter procedebatur. De horum uindicatione uerustissima extat lex Saxonica apud *Lindenbrogium*: *Qui terram suam occupatam ab altero dixerit, adhibitis idoneis testibus, probet, eam suam fuisse. Si occupator CONTRA DIXERIT, campo diuidetur, (res duello dirimatur.)* Durior haec fuit contrauindicatio, atque rudi isto seculo et ferocioribus ingenis ac moribus digna. Quare maiores nostri ab illa discesserunt postea, et iuftiore excogitarunt uindicandi et contrauindicandi rationem in rebus immobilibus. Quam ut bene intelligamus, distincte considerandum est, quid in allodialibus, deinde quid in feudalibus sit constitutum. Aliter enim super allodiis, quam de feudis, Saxones litigabant.

## XIX.

*lisque tam allodialibus.* De uindicatione et contrauindicatione allodiorum egregia reperitur dispositio in *Speculo Sax. l. 3. art. 21. et Weichbild art. 69.* Quae duo loca nisi conferas et bene inuicem distinguas, alterum sine altero uix intelliges. Nos more nostro ex utroque breuiter ea, quae notabilia uidentur, excerptimus, atque una serie exponemus:  
*Beklaget ein Mann den andern ums Gut / daß es sein recht Erb und ihm angeerbet sey von seinem Vater / und seinem Groß-Vater / und ihm das jener vorhalt mit*

mit unrechter Gewalt. Kommt denn jener für / auf den die Klage gehet / und spricht (NB) daß ditz Gut sein rechtes Zins-Gut sey / und hab des auch einen rechten Gewehren / (auctorem) und habe die Gewehr ) possesionem ) des Guts gehabt Jahr und Tag / ohne jeman- des rechte Ansprach; er muß den Gewehren benennen / und bringen zu dem nächsten Ding / (ad proximum di- em iudicij) daß er ihn vertrete. Obserua differentiam in rebus mobilibus, ubi auctor non adducebatur, sed actor forum auctoris sequi iubebatur. Beweist er mit dem Gewehrer sein Zins-Gut daran / (ob er des geweh- ret wird / als Recht ist) er bleibt darbey. Wird ihm aber Gebruch an den Gewehrer / (si reus uel nullum idoneum auctorem indicare, uel hic probationes et de- fensionem non recte perficere queat) so behält jener sein eigenthümliche Gewehr an dem Gut / (actori, qui do- minium suum probavit, possesio adiudicatur.) Haec igitur satis perspicue indicant, in vindicatione allodii necesse fuisse, ut possessor contrauindicaret, atque do- minium suum legitimis argumentis, et producto aucto- re suo, probaret. At nunc casus is sequitur, si uterque et petitor et possessor probationem suscepint atque perfecerint: Sprechen aber zween Mann ein Gut an mit gleicher Ansprach / und sie auch das hernach mit gleichen Gezeugniß behalten / (si testimonia utriusque aequalia fuerint) man soll es unter sie theilen. Den Gezeug aber darum sollen die Umlbessen (viciini) geben und entscheiden / die in dem nächsten Dorff gesessen sind. Wer denn die meiste Menge an den Gezeugen hat / der behält das Gut. Ist es dem Umlbessen nicht wissentlich/ wer es in Gewehr habe / so mag man es wohl entschei- den mit einem Wasser-Urtheil. Aber (Oder) der Kla-

ger / und auf den die Klage gehet / (reus ) sollen darzu schwehren / daß sie das mit Recht beweisen uollen / daß es ihr sey / und da soll auch der Richter seine Botthen zu geben. Worauff sie aber beyde schwehren / das soll man ihnen gleich theilen. Aperta est iuris Saxonici sententia. Scilicet si uterque et Actor et reus probationem suam peregerint , tunc iudicem dispicere oportere , quisnam ex illis plura pro se testimonia adduxerit , atque illi dominium assignandum esse. Si uero utriusque testimonia paria fuissent , rem inter ambos diuidi debere. Quod si neutra ex probationibus adductis iudici satisficerit , tum rem uel iudicio aquae committendam , uel utrique iusurandum imponendum. Quo ultimo rite praestito , iterum ad diuisionem procedendum esse.

## XX.

*Judicium  
aquaæ* Recordamur , nos iam *supra* §. 15. de iudicio aquae , von dem Wasser - Urt hel / mentionem inieciisse. Cum igitur hoc uocabulum iterum occurrat , operae pretium erit , ut , quodnam fuerit apud maiores nostros aquae iudicium , dispiciamus . Schilterus b. l. falsas quidem aliorum de eo opiniones recte explodit , ipse tamen meliorem non affert , sed lectores suos ad aliud tempus remittit . Sed cum , alibi hanc explicationem ab eo factam fuisse , non meminerimus , peropportunum fuerit , hac in parte commentarium ipsius suppleri , *Glossatores* , *Latinus et Germanicus* ; ad ius nostrum prouinciale , uti saepe absonis et ridiculis annotationibus imprudentiam suam et enormem in historia , iure et moribus Germanorum , imperitiam declarant , ita maxime in animaduersionibus ad b. art. nec non ad *Lehn - Recht* c. 40. ( ubi idem uocabulum , Wasser - Urt hel occurrit ) hallucinantur . Ille qui-

quidem per iudicium aquae intelligit sortilegium, nulla quidem fretus auctoritate, niti fortassis ad mores Romanorum respexit, quos in rebus dubiis fortes ex aqua duxisse, e *Plauti Casina A. 2. Sc. 6.* discimus. Alter uero, Germanicus commentator, sic describit iudicium aquae, ut dicat, potum aquae feruentis reo propinatum fuisse, qui innocentia nullum damnum afferebat, contra uero nocentem misere adurebat. Explicationis huius fundamentum in illa Ebraeorum lege *Num. V.* ponit, qua mulier, de adulterio suspecta, aquam amaram et deuotam bibere iubebatur, impune quidem, si innocens esset, sed cum maximo dolore et detimento, si crimen commisisset. Haec uero aquae iudicia, apud Romanos quidem Iudeosque recepta, Germani tamen prorsus ignorarunt, quippe apud quos alius longe mos erat, ueritatem ope aquae eruendi.

## XXI.

Duo uero fuerunt olim aquae iudicia, quorum *frigidae* alterum *frigidae*, alterum *feruentis* dicebatur. Examen aquae *frigidae*, quod olim frequentissimum erat, et, iudicio aquae simpliciter posito, intelligitur, ita peragebant. Illum, cuius causa disceptabatur, fune colligatum in aquam proiciebant, qui, si uerum dixerat, in imum delabebatur, si uero nocens ac *reus* esset, supernatabat. Mirifice totum illum processum ex antiquis diplomatis desribunt *Goldastus* tomo 2. *Alamannicorum p. 178.* nec non *Io. Mabillonius* tomo 1. *Analectorum.* Ex quo ea tantum, quae ad peragendi huius iudicij formam pertinent, depromere operae premium uidetur. Ita autem se habent: *Cum hominem uis mittere ad iudicium aquae frigidae ad comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines,*

nes, quos uis mittere in aquam; adhuc eos in Ecclesiam, et coram omnibus illiscantet Presbyter Missam, et fac eos ad ipsam Missam offerre. Cum autem ad communionem uenerint, antequam communicent, interroget sacerdos cum adiuratione ista, et dicat: Adiuro uos homines per Patrem, et Fil. et S. S. et per Christi unitatem, quam suscepistis, et per S. Trinitatem, quam docuistis, et per istas sanctas reliquias, uel sanctam uenerationem, quae in ista Ecclesia sunt, ut non praesumatis accedere ad hoc sanctum altare, nec istam sacram communionem accipere, si hanc causam fecistis, aut consensistis, aut fecitis, quis loc egit. Si autem tacuerint, accedat sacerdos ad altare, et more solito communicet, postea uero communicet illos, qui in aquam mittendis sunt. Cum autem communicat, dicat sacerdos ad altare: Corpus hoc et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit uobis ad probationem hodie. Expleta Missa, accipiat sacerdos crucem et Euangelium, et incensum, et pergaat ad locum destinatum, cum aspersione aquae benedictae, ubi probentur. Et cum uenerint ad ipsum locum, det illis hominibus bibere de aqua benedicta. Cum autem dederit, uniuersique dicat: Hanc aquam dedi uobis ad probationem hodie. Postea coniureat aquam, ubi illus mittere debet, dicens ita: Adiuro te, aqua etc. Post coniurationem autem aquae, exuat eos uestimentis suis, et induat eos uestimentis de Exorcista, et alliget in eis singulariter sinus, faciatque eos osculari Euangelium et crucem, et posthac adspergat super unumquemque ex ipsis de ista aqua benedicta, et dicat adiurationem sequentem, et proiciat eos statim singulariter in ipsam aquam. Sequitur exorcismus etc. Hoc autem iudicium creauit omnipotens Deus, et uerum est, et per Dominum Eugenium Apostolicum inuentum est. Et omnes Christiani per uniuersum orbem eum obseruare studeant, quia multis probatum est et verum inuentum est. Ideo enim ab illis inuentum est, ut nulli liceat super altare manum ponere,

nc-

*neque super reliquias vel sanctorum corpora iurare.* Apparet igitur, hoc aquae iudicium apud Saxones non solum, antequam Christi religionem susciperent, sed et postea in usu fuisse. Quare iterum uehementer impingit *Commentator Germanicus*, qui, Saxones simul cum ethnici-  
smo hanc quoque pessimam consuetudinem extirpasse, affirmat. Contrarium enim ex illa, quam modo re-  
censui, formula, nec non ex ipso legum Saxoniarum Codice appetat, quippe qui diu post Saxonum conuer-  
sionem est conscriptus. Et tametsi Pontifices hoc a-  
quae frigidae iudicium uehementer damnarent, c. 8. X.  
*de Purgat. can.* ea tamen erat Saxonum perucacia, ut Pontificum leges, suis consuetudinibus contrarias, aper-  
te recusarent, *Spec. Sax. l. 1. art. 3.* Quapropter nullum  
est dubium, quin idem, quod modo descripsimus, aquae  
frigidae examen apud Saxones etiam Christianos ob-  
seruaretur.

## XXII.

Quod ad alterum iudicium, aquae scilicet feruentis, attinet, hoc quoque Saxonibus non incognitum fuisse. *Et feruen-  
tis, his uerbis docet: Die ihr Recht mit Die-  
berey oder mit Raub verloren haben / (qui semel de  
furto vel rapina conuicti infames se reddiderunt) ob  
man sie Dieberey oder Raubes anderweit beschuldiget /  
sie mögen mit ihren Eyd nicht unschuldig werden / son-  
dern sie sollen haben dreherley Wahl / das heisse Eisen  
zu tragen vor ihre Ulnschuld / oder aber in einen wallen-  
den Kessel zu greissen bis an den Ellenbogen / oder mit  
Kämpfern sich zu erwehren.* Erat itaque aquae calidae  
examen, quo quis de crimine suspectus, ut se purgaret,  
manum in aquam feruentem, nudato brachio, immite-  
bat, atque, si illaesam extraheret, innocens; si contra,  
reus

reus pronunciabatur. Ex iisdem, quos supra attuli, auctoribus modum in hoc quoque iudicio procedendi excerptam: *Cum homines uis mittere ad comprobationem iudicii aquae calidae, primum fac eos intrare cum omni humilitate in Ecclesia, et prostratis in oratione dicat sacerdos orationes. His orationibus completis surgatur pariter, et coram omnibus illis cantet Presbyter Missam, et faciat ad ipsam Missam offerre. Cum autem ad communionem uenerint, antequam communicet, interroget sacerdos cum adiuratione et dicat: Adiuro uos etc. (ut supra) Deinde imponatur ignis subter caldaria et dicat sacerdos orationes, quando ipsa aqua calefacere coepit, et qui manum mittit in aquam ad ipsum examen, dicat orationem dominicam, et signet se signaculo crucis, et festine deponatur ipsa aqua feruens de super iuxta ignem, et iudex pendat ipsum lapidem illigatum ad mensuram, (haec diuersa erat pro ratione circumstantiarum) infra ipsam aquam more solito; et sic (probandus) inde extrahat eum in nomine domini ipse, qui intrat ad examen iudicii. Postea cum magna diligentia sic fiat inuoluta manus sub sigillo iudicis signata, usque in die tertio, quo uideatur uiris idoneis et acsumetur.* Cum argumentum hoc a paucis recte pertractatum fuisse, animaduertam, historiam, quae maxime textum illum Saxonum illustrat, ex Fresnii Glossario mediae et infimae Latinitatis p. 282 deponram: *Arnulphus S. Mariae monasterio uineas suas post mortem filiorum suorum, si absque liberis migrarent a seculo, in perpetuum concessit. Quibus nullo remanente beredē defunctis, Gaufridus, Telbertus, Odilanus atque Lambertus sese beredes illius propinquitate sanguinis afferentes, donationem illam irritam fore debere proclamantes, praedictis uires calumniam imposuerunt; quod ueraces sublimesque personae probandum fore indicauerunt. Calumniatores hominem suum Ermaldum in Ecclesiam, ubi capeſſe*

lesiebat aqua, deduxerunt. Sed Deus aperto manifestauit iudicio, illos praedictarum calumniatores iniuste extitisse uinearum. Nam Hermaldus, Missa celebrata, corporisque Christi ac sanguinis communione percepta, nec non et iure iurando super sanctorum reliquias pro more persoluto, ita oculorum lumine priuatus erat, ut uix ad sartaginem, in quam manum misfurus erat, sicut ipse postea omnibus, qui aderant, retulit, recedere potuisset. Immissam uero manum ita ex aqua lotam retraxit, ut ipse non solum in manu, uerum etiam interitus, pene usque ad intimam cordis, se combustum confiteretur, et ille, et magistri sui, praedicti scilicet calumniatores reatum suum signi uirtute cognoscere cogerentur. Qui etiam dum in manum, sicut moris est, sigillare permitteret, rogaretur, diebat, se nullatenus posse praedicto dolore pati, ut aliquid manum illam contingere. Seruatus in manu nuda usque ad diem tertium, inflatam admodum et excoriata, santeque iam carne putrida effluentem dexteram inuitus ostendit. Ita diuinitus offensa ueritate et falsitate detecta, recte acquisitae omnino remanserunt coenobio uineae.

## XXIII.

Copiosius haec pertractauimus, cum textus a nobis allegatus sine iis intelligi uix possit. At nunc in*Quam* uiam redeamus, et consuetudines Saxonum in*feudalibus* *Vbi iterum casus* *distinguendis* consideremus. Hic *(a) se* *duo diuer-* *forum de-* *minorum* *uafalli*  
candis et contrauindicandis feudis consideremus. Aut enim *distingue-* *endi* *for* *rum* *casus* *for* *rum* *de-* *minorum*  
uero iterum tres casus distinguendi sunt. Aut enim *distin-* *gendi* *for* *rum* *casus* *for* *rum* *de-* *minorum*  
duo uafalli super dominio et possessione praedii cuiusdam *feudalis* *litigant*, aut controuersia inter uafallum *feudum* *l.* *2.* *feudum* *l.* *2.* *feudum*  
et extraneum intercedit de eo, utrum praedium feuda  
le, an allodiale sit, aut denique ipse dominus cum ua-  
fallo agit. De priore casu notari debent *Speculum l.* *2.* *feudum*  
*art. 42.* et *Lehn-Recht i.* *40.* qui duo textus coniungendi *uindicent*,  
inuicem et simile explicandi sunt. Primum ex iis *Scbil-*

D

terns

terus etiam haberet, atque de genuino illius sensu contra absurdam *Glossatoris Germanici* explicationem disputat. At nec ipse sententiam suam satis dilucide exponit, et, ut uerum fatear, eius quoque responsio et conciliatio parum accurata uidetur. Duea sunt quaestiones, quae hoc articulo continentur, bene separandae. Prima, et quae Schilteri disceptationi occasionem dedit, haec est: si duo uasalli simul feudum vindicent, quorum singuli, se illud a diuerso domino tenere, affirmant, quomodo & coram quo iudice processus expediendum sit. Hanc igitur quaestione sic dirimit lex nostra: Wer auf einem klagt / er nehme ihm sein Gut / das doch ihr jeglicher zu Lehn ihm zusaget / ziehen oder sagen sie es ihnen von zweyhen Herren zu / ihr jeglicher soll seinen Herren zu Gedinge bringen. Wer denn gewehret wird / der behält es. Wes Gewehrer denn nicht kommt / der verleust die Gewehr (possessionem) des Guts / ob sie es beyde ohne Gewehr ansprechen / und gleich mit dem Gute belehnet sind. Hat aber ihr einer eine rechte Gewehr an dem Gut gehabt Jahr und Tag / ohne rechte Widersprache / der verleust darum das Gut damit nicht / ob sein Gewehrer zu Dinge / (ad iudicium) gleich nicht kommt / oder ihm abstehet zu rechter Wehrschafft. Allein / daß er es selber vertrete / und antworte dem Kläger nach seinen Rechten. Doch mögen die Fürsten gewehren einen Mann des / das sie ihm verkauft oder geliehen hätten / mit ihren offenen Briefen besiegelt / also daß sie mitsenden einen ihren eingeborbnen Dienstmann / der das Gut vertrete an ihrer statt. Hic *Glossa*, se mirari, ait, quod dominis feudi necessitas imponatur, coram alio iudice comprehendendi atque uasallum suum defendendi, cum tamen cau-

causam potius ipsi domini deberent iudicare. Cui difficultati ita occurrit *Glossator*, ut dicat, dominos feudi comparere, non ad causam uafallorum suorum in alio iudicio agendum, sed ad eximendos illos ab ordinarii iudicis iurisdictione. Sage / du kommest nicht der Lehen halben dar / sondern / daß du deinen Mann von der Gewalt dieses Richters erledigest. Sed haec conciliatio textui contraria est, et propterea merito displicet *Schiltreiro*. Ipse itaque aliam excogitat, et per dominos feudi non principes, nec comites, sed etiam uafallos, iudici ordinario subiectos, intelligit. At textus hanc quoque responcionem non admittit, quippe in quo princeps etiam, si unus ex uafallis eum auctorem suum nominet, in iudicio non ipse quidem, sed per literas tamen et legatum comparere et uafallum suum defendere iubetur. Quare commodissime totam illam litem sic expediatis, si, occasione c. 38. et 39. im Lehn-Recht/ inter dominum feudi superiorum et inferiorem, den Ober-Herrn und Unter-Herrn distinguas, atque ex c. 39. obserues, dominum inferiorem in superioris iudicio comparere debuisse, et uocabulo domini simpliciter posito, dominum inferiorem communiter intelligi. Iam itaque clarum est, in nostro textu per dominos feudi, Nieder-Herrn / inferiores intelligi, etiam principes et comites, quippe qui uel Regi Germaniae, uel alteri etiam principi ratione feudi subiecti esse possunt ; iudicem uero illum, apud quem uafallos suos defendere cogerentur, esse dominum superiorem.

## XXIV.

Sequitur altera quaestio, quae hoc articulo exhibetur; uidelicet, si ambo uafalli, qui feudum uindicant, bo uindicantes

D 2

ab

unum do- ab uno tantum domino se illud tenere, dicant, quomo-  
 minum di- do tunc procedendum sit. Atque eo casu textus no-  
 rectum re- ster saltem præcipit, ut dominus superior causam ad  
 cogno- inferiorem illum, a quo uterque litigans dependet, re-  
 scant, mittat. Nihil uero praeterea de ipsa forma vindicatio-  
 nis et contrauindicationis, coram domino inferiore in-  
 stituendae, disponitur. Ea igitur, quae hic desunt, ex c.  
 40. Iuris feudalis suppleri debent: Wenn zweene Mann  
 ein Lehen zugleich mit Recht ansprechen / und ein jeder  
 sich auf Zeugen beruffet / daß er die Gewehr habe / und  
 ihr keiner doch einige Gerechtigkeit von dem andern an  
 dem Gute hat / man soll sie beyde bescheiden an das Ort /  
 da das Gut lieget / auff daß ein jeder seine angemasse  
 Gewehr behalte ; und man soll die Leute / so darum  
 nechst gesessen seyn / fragen / welcher die rechte Gewehr  
 habe. Welcher denn den meisten Theil der Zeugen  
 hat / der behält die Gewehr vor dem andern billig. Und  
 dies Gezeugnis soll der Herr anhören / oder es zweyen  
 seiner Manne befahlen / daß sie an den Ort ziehen. Die  
 sollen denn schwahren bei dem End / den sie dem Herrn  
 gethan haben / die Wahrheit zu sagen / welcher unter  
 ihnen beyden die rechte Gewehr (dominium) behalten  
 soll. Welche Gewehr aber um Zweifels willen man  
 nicht entscheiden mag von wegen der Leute Unwissen-  
 heit / oder um der Leute Zweyung willen / so soll man  
 die Sachwalder lassen schwahren / daß sie nach ihren  
 rechten Gewissen eigentlich wissen / daß das Lehn jedes  
 sein sey / und solches mit ihrem Ende ertheuret haben /  
 und das soll man gleich unter sie theilen / oder mit einem  
 Wasser - Urtheil entscheiden. Göttes Urtheil muß  
 man aber nicht versuchen (um keinerlen Sache) wenn  
 da man der Wahrheit mit keiner Wissenschaft anders  
 in Kunde kommen mag.

XXV.

## XXV.

Nunc ad alterum casum accedendum est, si (e) *Si ex-*  
*uidelicet uassallus litiget cum extraneo, qui feudum traneus*  
*illud sibi tanquam allodium vindicat.* Huc pertinet *feudum,*  
*Speculum l. 2. art. 43.* *Wer ein Gut anspricht/ daß es sein tanquam*  
*Lehen sey/ und ein ander saget/ es sey sein Erbeigen/ allodium,*  
*sprechen sie es beyde mit gleicher Gewehr an/ dieser mag a uassallo*  
*es bas (potius) zu eigen behalten/ mit zweyer Schöp-*  
*pen Gezeugniß/ denn der ander zu Lehen.* *Ad b. l. recte*  
*iterum Schilterus interpretem Latinum refellit, qui uer-*  
*ba: sprechen sie es beyde mit gleicher Gewehr an; sic*  
*redit: si aequaliter ea possideant, cum tamen per uo-*  
*cem, Gewehr, hic non possessio, sed probatio intelli-*  
*gatur.* *Vt propterea sensus sit, quem et Zobelius eruit:*  
*Si utriusque et uassalli et extranei probationes fuerint aequi-*  
*pollentes, favor abilior est pars proprietarii ad obtinendum fun-*  
*dum.* Ex quo patet, necesse fuisse, ut uterque vindicaret et argumenta sua ac probationes afferret. Ille quidem, qui fundum hereditarium esse dicebat, duobus scabinis testibus uti minimurn debebat, mit zweyer Schöppen Gezeugniß / b. textu. At is, qui eum tanquam feudalem vindicabat, testes suos ex conuassallis, siue paribus curiae, desumebat, Lehn-Recht, c. 5. *Wer ein Gut in Gewehr hat/ der mag mit des Herrn Mannen (ob ers bedarf) daß das Gut sein Lehen sey/ wohl be-*  
*zeugen.*

## XXVI.

Restat ultimus casus, si uidelicet inter dominum (d) *Si do-*  
*ipsum et uassallum controversia de proprietate et pos- minus*  
*sessione feudi oriatur.* Huc pertinent l. 13. 41. & 42. *des cum ua-*  
*Lehn-Rechts/ ex quibus ea, quae potissima sunt, et do- sallo litig-*  
*etinam hanc nostram maxime illustrant, excerptemus: get.*

Ob ein Herr seinem Mann läugnen wolt / daß er ihm  
ein Gut geliehen hätte / das der Mann doch in seiner Ge-  
wehr (possessione) hätte 6. Wochen und ein Jahr / nach-  
dem als ers empfing. So dann der Mann hernach  
rechte Gewehr gezeugen mag / si possit dominium suum  
probare. Nam uoce, rechte Gewehr / semper domi-  
nium cum possessione coniunctum intelligitur ) mit  
sieben Manne ; so behält er des Lehnus Gewehr allein  
auff den Heiligen / und darneben das Gut ohne Gezeu-  
gen / und man mag ihm das Gut hernach mit keiner  
Ansprach wiedersechten. ( h. e. si seruel uafallus contra  
dominum directum ius suum , adhibitis legitimis testi-  
bus vindicarit & probarit, deinde, si iterum a domino,  
uel etiam tertio quodam conueniatur, non opus est, ut  
de novo contrauidicationem uel probationem insti-  
tuat ; sed possessionem retinebit, modo assertionem  
suam iureirando , auff den Heiligen / confirmet.)  
Spricht ein Mann / daß sein Gut Lehen sey / und der  
Herr erbeut sich / mit Gezeugen zu beweisen / daß es  
sein Zins-Gut sey / so hilft dem Mann die Gewehr  
nicht / sondern er muß wider den Herrn beweisen mit  
Gezeugen / daß das Gut sein recht Lehen sey / (hoc est,  
uafallus, licet posideat, nihilominus contrauidicare,  
et ius suum contra dominum vindicanter probare te-  
netur.) Wo der Herr und sein Mann ihnen zugleich in  
einem Gute die Gewehr (possessionem) zuziehen / und  
sich solche beyde auff Gezeugen berufen / des Mannes  
Gezeugen sollen von ersten gehöret werden. Denn da-  
mit wird dem Herrn das Gut (dominium directum)  
nicht entzogen / das er von ihm zu Lehen hat. Denique  
in c. 42. copiosius exponitur, quomodo dominus feu-  
dum a uafallo, qui renouationem inuestiturae neglexit,  
uel

uel aliud delictum feudale commisit, vindicare, atque  
hic iterum se defendere debeat. Vide ipsum illud cap.

## XXVII.

Haec igitur ex iure Saxonico antiquo excerpta Concludi-  
da fuerunt, ut contra Schilterum demonstraremus, pri- tur, ius  
mo, ius Sueicum in hoc arguento non esse luci- Saxonico-  
dium iure Saxonico, sed hoc etiam doctrinam de vin- cum per-  
dicatione et contravindicatione clarius et uberioris pro- spicuum  
ponere, quam a compilatoribus Speculi Sueici factum effe, et, in  
est. Deinde illud etiam Schiltero concedere non possu- effectu  
mus, quod Ex. 16. §. 42. affirmat, tantum hoc in capite cum Ro-  
intercedere inter ius Germanicum et Romanum uetus mano ue-  
differentiam, ut ea prorsus conuenire non videantur. tere con-  
Tamen si enim non negem, solennes istas formulas, quas  
Romani actoribus suis reis praescribebant, maiori-  
bus nostris incognitas fuisse; parum tamen refert, qui-  
bus uerbis ac formulis olim Romani Germanique con-  
travindicationem exercuerint; dummodo utrumque  
ius in effectu conueniat, quod necessitatem imposuerit  
possessori, eique rei vindicatione conuento, non solum  
impliciter intentionem actoris negandi, sed praeterea  
suum quoque ius et dominium legitimis rationibus et  
testibus probandi, h. e. contravindicandi. Id quod de  
iure Romano supra §. 8. et 9. ostendimus; de iure uero  
Saxonico ex iis, quae de rebus mobilibus et immobili-  
bus, tam feudalibus, quam allodialibus diximus, apparent.  
Igitur profecto non video, quamobrem Schilterus ius Ro-  
manum et Saxonum uetus adeo contraria sibi fingat,  
cum tamen haec contrarias in formulis saltet et so-  
lennitatibus consistat. Neque video etiam, cur ius  
Romanum longius ab aequitate et prudentia civili re-  
cessisse

cessisse autem. Sed tantum est nonnullorum erga leges Romanas odium, ut, quicquid illae etiam prudenter fanciunt, refutandum suscipiant, atque leges veteres Germanicas, quae multas tamen fabulas et absurda priscae simplicitatis uestigia continent, semper illis anteponant.

## XXIX.

*Explican-* Supereft ultimum dissertationis nostrae caput, in iur. §. I. I. quo ea, quae ex antiquo iure Romano et Germanico de Act. excerptimus, ad iudicia nostra applicare, et usum contravindicacionis hodiernum demonstrare constituitus. Sed, antequam hunc laborem aggredimur, utile videntur, ut leges, quae in Corpore Iuris Romani de hac materia extant, breui commentario et paraphrasi illustremus. Prima inter illas est §. I. I. de Act. Imperator ibi praecipuum actionum diuisionem in personales et reales proponit. Postquam igitur naturam actionum personalium explicauit, ad reales progreditur, easque ita definit: Actiones in rem sunt, si quis cum eo agit, cuius persona quidem nullo iure obligata est, sed, cui saltem ob aliquam rem, quam uel possidet, uel cuius possessionem turbat, controvërsia mouetur. Huic definitioni unicum saltem ex uariis actionum realium speciebus exemplum de rei vindicatione subiicit Imperator: *Veluti*, inquit, *si rem corporalem* (nam rerum incorporalium et uniuersalium proprie dicta vindicatio non est L. I. pr. et §. I. de R. V.) possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem, dominum eius se esse, dicat. *Nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.* Haec verba: *possessor, dominum eius se esse, dicat*; adeo clara sunt, ut plerique commentatores fateantur, per ea intelligi vindicationem. Illud tamen exinde non consequitur,

quitor, in uindicatione omnino necessarium esse, ut reus semper contrauidicet, siue, ut, se dominum rei litigiosae esse, dicat. Namque exemplum saltem est, quod hic proponitur, non uero regula, ad quam omnes actiones reales deberent accommodari. Sed plura de hoc infra dicemus.

## XXIX.

Pergimus ad L. 15. C. de R. V. in qua duo casus com-  
memorantur. Prior est de re duobus in solidum uen-  
dita. Ex his ille, cui possessio prius tradita fuit, dominus  
efficitur, et aduersus alterum in possessione ac dominio  
defenditur. Neque obstat, quod instrumenta super con-  
tractu nondum plene confecta et tradita sint. Dum-  
modo enim ea, quae uenditionis essentiam constituunt,  
rite fuerint peracta, consensus uidelicet et pretii exsol-  
lutio, ceterorum omissione nihil obest. Liberum tamen  
relinquitur possessori, malitiae premium solutum cum  
usuris impensisque factis recipere, et rem cum fructi-  
bus perceptis alteri emtori restituere. Prior hic casus,  
tametsi primario ad nos pertinere non uideatur, utilis  
tamen est ad illustrandum posteriorem, quem in extre-  
mo huius legis proponit Imperator: *Si ex causa donatio-  
nis (allegato uidelicet titulo, siue causa remota acquisiti  
dominii L. n. §. 1. et 2. de Exc. rei iud.) utriusque dominium rei  
uindicetis (alter scilicet petitor, agendo directe, alter, pos-  
sessor, contrauidicando) cum, cui priori possessio soli tra-  
dita est, haberi potiorem in retinendo dominio et conser-  
uanda possessione, conuenit.*

L. 15. C. de  
R. V.

## XXX.

Elegantissima est L. 14. de Probat. et totum contra-  
uindicationis processum mirifice describit. Quare eam L. 14. de  
paulo accuratius expendemus. Agit illa de actione li-

Probat.

E berti-

bertinitatis, quae et pro diuersitate agentium modo actio patronatus, si a patrono instituatur, modo ingenuitatis, si a liberto; appellatur. Est uero illa, quando aliquis, a quo alter, tanquam patronus, obsequium et operas exigit, negat, se eius libertum esse, atque ingenuum se et liberis parentibus natum, asserit t.t. D. Si ingenuus esse dicetur; et C. de Ingenuis manumisss. Haec actio tametsi ex iure et statu personarum descendat, ac proinde neque ad reales, neque ad personales actiones referri queat, maximam tamen cum uindicatione habet conuenientiam. Quaerit igitur in hac lege ICtus, quisnam in hac actione partes actoris sustinere, i.e. onus probandi subire debeat. Vbi in principio statim notandum est, non officere huic legi nostrae L. ult. Si ingenuus. ubi ille, qui se patronum asserit, semper actoris partibus fungi dicitur, adeo ut probare libertum suum necesse habeat, ac, se non probet, uincatur. Nam lex illa, si tota perlegatur, non de omnibus actionibus libertinitatis generatim agit, sed de illis tantum loquitur, quas patronus contra libertum, qui in possessione ingenuitatis est, instituit, ac, in quibus operas et obsequium ab illo flagitat, quae uulgo actiones patronatus dicuntur. Nostra uero lex de omnibus actionibus libertinitatis, etiam de iis agit, quas libertus instituit, et in quibus patronus in possessione operarum atque officiorum est. Sed uerba ipsa legis confidemus: Circa eum, qui se ex libertinate ingenium dicat, referendum est, qui actoris partibus fungatur, atque adeo onus probandi sustineat. Et, si quidem is, qui ingenium se dicit, in possessione libertinitatis fuit, et patrono hucusque officia exhibuit, sine dubio ipsum oportebit, actoris partibus fungi, ingenuitatis causam agere, docereque, se ingenium esse. Sin uero in possessione ingenuitatis sit, et libertinus esse dicatur,

scilicet

*S*ecilicet eius, qui ei controvèrsiam mouet, patronum se asserendo et officia exigendo, hoc probare debet, qui eum dicit, et vindicat tanquam libertum suum. *Q*uid enim interest, seruum suum quis, an libertum contendat? cum utraque actio libertatis et libertinitatis et in fundamento et in forma agendi conueniant. Igitur id, quod de partibus actoris et onere probandi in actione libertatis constitutum est L. 7. §. 5. de Liber. causa, ad actionem quoque libertinitatis applicari oportet. *S*i quis autem eo casu, ubi patrono probatio incumbebat, fiducia ingenuitatis suae non simpliciter intentionem actoris neget, sed suum statum ingenuum contra asserat et vindicet, atque sic *ultra in se suscipiat probationes*, ad hoc, ut iudex non sicut solum iudicet intentionem actoris locum non habere; sed simul sententiam ferat pro ingenuitate facientem, h. e. ingenum se esse, ut pronuncietur; an obtemperare ei debeat iudex, tractari potest. *E*t non abs re esse opinor, morem ei geri, probandi se ingenum, et sententiam secundum se dandam, cum nulla captio intercedat iuris.

## XXXI.

Ab actione libertinitatis non multum diuersa est L. 39. pr. de Liber. causa. *A*b actione libertatis, qua is, qui ab altero in seruitutem vindicatur, liberum se et ingenuum esse, asserit. Cum igitur in utraque actione idem sit fundamentum et eadem ratio procedendi, eadem quoque iura in utraque obtinebunt. Id quod de onere probandi pro diversitate actoris modo in doctrinam, modo in seruum deriuando, superiore §. diximus. Idem quoque de contravindicacione, siue de probatione libertatis ab illo, qui vindicatur, praeter necessitatem, si uelit, suscipienda, sancitur in L. 39. pr. de Liber. causa: *Cui necesitas probandi de ingenuitate sua non incumbit, ultra, si ipse probare desideret, audiendus est.*

E 2

XXXII.

## XXXII.

c. 5. X. de Legibus his annexam textum ex iure canonico,  
Foro com- ut, et illo contrauindicationem receptam fuisse, demon-  
petente. stremus. Extat iste in c. 5. X. de Foro competente, atque sic  
ait: *Si clericus laicum de rebus suis uel Ecclesiae impetierit,*  
*seu rei uindicatione conuenerit; et laicus, res ipsas non*  
*Ecclesiae esse, aut clerici, sed suas proprias assenerat, atque ita*  
*contrauidicat, debet de rigore iuris non coram Ecclesia-*  
*stico magistratu processus expediri, sed ad forensem et se-  
cularem iudicem trahi.* Vbi obiter obseruamus, uerba  
capituli priora usque ad illa: *debet de rigore juris etc. esse*  
*mere narrativa, et ideo nihil disponere.* Unde conse-  
quitur, argumentum a contrario sensu, quo post anti-  
quiores, in primis P. Barbosa uititur, hoc loco non pro-  
cedere, sed laicum, siue affirmet, siue neget, res a se pos-  
sessas Ecclesiae, uel clerici esse, coram proprio iudice con-  
ueniendum esse, ut Tellezius, post alios a se citatos, *ibidem*  
animaduertit.

## XXXIII.

Contra- Nunc uidendum est, quomodo diuersa haec, quae  
sindicatio recensuimus, iura ad nostra iudicia possint applicari.  
hodie non Sed praetrialis quaestio expediri debet: utrum leges  
est abroga- illae antiquae, quae de contrauindicatione agunt, hodie-  
ta. que obseruentur, an vero sint abrogatae? Qui nullum  
contrauidicationis usum superesse affirmant, sine du-  
bio ad illam plerorumque aduocatorum oscitantiam  
prouocabunt, qui hoc remedium in illis etiam casibus,  
in quibus id clientibus ipsorum admodum salutare fu-  
set, non adhibuerunt. Sed iamdiu satisfactum est illis  
legum abrogatarum patronis, atque ostensum, eam non  
esse aduocatorum potestatem, ut incuria sua et non usu  
iura constituta possint oblitterare. Id quod non ita pri-  
dem

dem exemplis L. 13. Quod metus causa, et L. ult, de R. V. egregie fuit demonstratum. Vnica illis opponi potest regula, quam Imperator in L. 32. §. 6. C. de Appell. praescribit: *Qui quid lege specialiter non est expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligent.* Non igitur dubitandum est, quin contrauindicatio hodieque utiliter possit adhiberi, quippe quae iuribus et Germanico, et Romano, & Canonico fundata est, neque contrariis legibus sublata, neque etiam hodiernae procedendi formae repugnat.

## XXXIV.

Id quod praecipue de Saxonia nostra affirmare Sed obser-  
non dubitamus, ubi ea, quae a maioribus constituta uatur er-  
sunt, quantum fieri potest, religiose custodiuntur, ac iam in Sa-  
xone. saepe ab obliuione uindicantur, et diu neglecta in usum  
renouantur. At hic illorum argumentis occurendum  
est, qui existimant, eam hodie esse fori Saxonici na-  
turam, ut ea plane contrauindicationem non admittat. *Nec ob-*  
*stat, quod*  
*causae*  
Duo sunt potissima dubia, quae nobis ex *Ordinatione in uno*  
*Processus Saxonici* obiici possunt, in quibus remouen-  
dis iam laborabimus. Primum est ex tit. 3. §. 1. iun-  
cta C. 7. P. 1. ubi causae connexae, et quarum una ex probibeantur.  
altera depender, in uno eodemque processu uentilari  
prohibentur; atque *gens suam contra-actionem, sive*  
*reconuentiōnem, finita demum actione, ab actore insti-*  
*tuta, intentare iubetur.* Es soll in Sachen / die einan-  
der anhängig / aus einander fliessen / oder sonstigen Ver-  
wandtniß haben / keine Widerklage zugelassen werden /  
dass sie zugleich neben der Conuentiōn-Sache auszu-  
üben und zu erörtern; sondern der Kläger sich vermo-  
ge Sächsl. Rechts darauf einzulassen und zu antwor-  
ten nicht schuldig seyn / es habe sich denn der Beklagte

von ihm entbrochen / und sey die Conuention - Klage durch würckliche völlige Zahlung/ unläugbare Compensation, oder andere Satisfaction ganzlich erlegt. Certum est, hoc ius et in foris nostris sanctissime obseruari. Tametsi enim *DN. Praeses in Comment. ad O. P. S. tit. 6. o. 1.* spem nobis faciat , ius commune aliquando in Saxoniam reductum iri, ut in posterum conuentio et reconuentio uno processu terminentur; *Ipsam* tamen fateretur, rem tantum consilii esse, atque secundum ueterem legem, quam attulimus, tamdiu pronunciari, donec O. P. recognita Potentissimi Legislatoris auctoritate communita promulgetur. Quodsi itaque contrauindicatio actio separata, et cum principali uindicatione connexa est, reo permittendum non uidetur, ut illam in processu principali instituat, atque actorem suum huiusmodi mutua petitione distrahat et fatiget.

## XXXV.

*Responde-* Cui dubio ut bene occurramus, euoluenda est *tur enim,* contrauindicationis natura, et uidendum, utrum illa pro singulari actione, an uero tantum pro exceptione debeat haberi. Nos posterius affirmamus. Actionem enim propterea eam appellare non possumus, quia tantum ad defendendum reum et excludendam actoris intentionem est comparata. In actionibus autem non respondemus et elidimus alterius petitionem, sed ipsi nostrum desiderium proponimus, et illud, quod nobis debetur, exigimus et persequimur. Sed in contrauindicatione licet, nos dominos rei litigiosae declarari, petamus, haec tamen petitio ad destruendam actoris petitio nem tendit. Igitur potius exceptio peremptoria dicenda est, et sic etiam appellatur in *L. 16. de Publ. in rem act.* Harum enim exceptionum naturae non repugnat, perte

tere aliquid et desiderare, dummodo id desiderium institutae actioni directo opponatur. Simile exemplum est in exceptione compensationis, quam cum DD. antiqui ob eandem causam contra L. 19. §. 3. de Probat. pro exceptione non admitterent, sed, singularem actionem et reconventionem esse, contendenter, PR. Elector Saxo eam pro uera exceptione peremptoria haberi debere, pronunciauit P. I. C. 8. Ergo quaecunque iura de exceptionibus peremptoriis, et de reprobationibus sunt constituta, ea omnia ad hanc nostram contrauindicacionem debent accommodari.

## XXXVI.

At sic noua dubitatio oritur ex O. P. S. tit. 20. §. 7. Probationes in contrauindicatione non sunt superfluae, et irrelevantes. ubi regulae praescribuntur actori et reo, ad quas illi probationes et reprobationes suas instituant. Coerceatur ibi nimia partium litigantium in faciendis articulis prolixitas, iubenturque illae, quicquid necessarium non est, omittere. Igitur omnes articuli probatoriales, qui non ex substantia et contentis libelli desumuntur, ac reprobatoriales, qui intentionem actoris directo non impugnant, tanquam superflui et impertinentes, damnati esse uidentur. Iam uero probationes in contrauindicatione absolute necessariae non sunt, et reus, ut infra dicemus, etiam sine illis poterit absolui. Deinde in iis per indirectum, et consequentiam saltem intentioni actoris respondeatur, ut propterea, tanquam superfluae et impertinentes, rei scienda uideantur. Verum enim uero dispiciendum est, quidnam leges nostrae per impertinentes probationes, et articulos irrelevantes, intelligent. Quodsi enim, uti Carpouius l. 3. Resp. 73. egregie ex auctoritate celeberrimorum ICtorum, et futu[m]orum iudiciorum comprobat, illi etiam articuli pro relevantibus et per-

pertinentibus habentur, qui, licet non directe et principali-  
ter, attamen qualitercumque ad causam faciunt, eique solum  
indirecte et presumtive adminiculantur; manifestum est,  
illas reprobationes, quae in contrauindicatione interce-  
dunt, tanquam relevantes, admittendas esse.

## XXXVII.

*Contra-  
uindicatio* lute necessariam non esse, sed posse reum, illa etiam  
tamen ab-  
non opposita, ab intentata actione absolui. In hoc igi-  
solute ne-  
cessaria  
non est.  
Diximus modo, contrauindicationem adeo abso-  
lutam non esse, ut possessor uolens quidem ad probandum ad-  
mitteretur; inuitus autem non cogeretur. Atque ius  
ciuile hoc quoque in capite Germani nostri receperunt,  
neglectis patriis iuribus, quae necessitatem contrauin-  
dicandi imponunt. Quare nullum est dubium, quin  
reus, qui nullo etiam iure rem possidet, eam tamen per  
*L. 28. C. de R. V.* aduersus uindicantem retineat, si si  
am intentionem non impleuerit, h. e. dominium suum,  
reо simpliciter negante, non probarit. Immo consul-  
tum etiam est possessori eo casu, cum ipse de peragen-  
da dominii sui probatione diffidit, et actoris intentio-  
nem fundamento carere uiderit, ut in simplici negatione  
acquiescat, et contrauindicationem omittat. Egregie *L.*  
*9. C. de Except.* Si quidem, ait, intentionem actoris probatio-  
ne deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est.

## XXXIX.

*Tres eius  
potissimae  
utilitates.* Sed, quamvis necessaria non sit contrauindicatio,  
est tamen illa maxime salutaris; id quod supra *S. 2. 3.*  
*et 4.*

et 4. demonstramus. Tripes uidelicet est illa utilitas, quae ex contravindicatione rite peracta proficiscitur; (1.) quod possessor, qui in huiusmodi actione dominus declaratus est, non solum contra eundem actorem, si is fortassis rei vindicationem ex alia causa et titulo instituat, sed contra quemcunque alium petitorem exceptione dominii sit securius. Vide Brunnem. ad L. 14. de Probat. n. 3. (2.) quod contravindicans, si deinde possessionem rei, super qua contravindicauit, amittat, et ipsemet rei vindicationem desuper instituere cogatur, possit in suscipienda dominii probatione ad sententiam istam, qua dominus declaratus est, confugere. (3.) quod eadem ipsi profit in actione confessoria, negatoria, legis Aquiliae et condicione furtiva, ubi dominium itidem demonstrandum est, per ea, quae supra diximus loco citato.

## XXXIX.

Sed quando, huiusmodi sententiam possessori contra quemcunque tertium prodeesse, afferimus, maxima sine dubio exsurget multitudo contradicentium, qui regulam illam, tot legibus confirmatam, nobis obiciunt: Res inter alios iudicata tertio non praeceditur. Cui dubio ut satisfaciamus, praemonendum est, huiusmodi sententiam, quae, peracta contravindicatione, fertur duo capita continere. Primum contra solum actorem directum est, quo intentio eius eliditur, atque actio ab eo instituta locum non habere pronunciatur. Quod ad hoc caput, sententiam neque in eodem, neque in simili casu tertio nocere posse, concedimus, t. t. C. Quibus res iudicata non nocet; item, Inter alios acta vel iudicata alii non nocere. Sed alterum sententiae caput, quod declarationem dominii complectitur, generalius est, nec solum actorem obligat, sed latius se ad alios quoque extendit.

F

Ita

Ita enim in iure nostro dispositum esse, pluribus exemplis demonstrabimus. Sic in actione libertinitatis multum interest, utrum in sententia ille, de cuius statu quaeritur, simpliciter ab intentata actione absoluatur, an uero simul ingenuus declaretur. Namque hoc ultimo casu sententia ei etiam contra alios proderit, *L. 25. de stat. bom.* Ita in querela inofficiosi testamenti, si generaliter testamentum nullum esse iudicetur, haec sententia omnibus, quorum interest, legatariis, fideicommissariis etc. licet ipsi non egerint, nocebit, *L. 8. §. 16. de Inoff. test.* Vide quoque *L. 44. de Re ind.* Quotiescumque igitur sententia non ad certas personas restricta est, sed generalem aliquam declaracionem continet, toties ea non solum illi personae, contra quam latra est, sed unicuique tertio poterit opponi. Quam regulam non solum clarissimorum ICtorum suffragii, sed diuersis quoque praeiudicis egregie declarat et confirmat *Carpzov. P. 1. C. 26. d. 16. et 17.* itemque *Dec. 254.* Ceterae rationes, quas DD. sententiae nostrae obiiciunt, facilissimo negotio remouebuntur. Nam, quod (1.) aiunt, posse iudicem per imprudentiam secus, ac debebat, iudicare, et per iniquum esse, ut talis sententia tertio noceat; nobis non obstat. Cum enim sententia iudicis legibus iuribusque constitutis contrariatur, tunc ea ne quidem contra prae-sentem in rem iudicatam transit, sed per se nulla est, et neque partibus, neque tertio nocet, *L. 1. §. 2. Quae sententiae sine appell.* *L. 2. C. Quando provocare non est necesse.* Alterum, quod contra nos mouent, argumentum speciosius uidetur. Dicunt enim (2.) hoc iuris nostri principiis repugnare, ut quis inauditus condemnetur, et ut ille, qui non citatus se defendere non potuit, iure suo priuetur, neque amplius audiatur, *L. 74. de R. I.* Sed non video, quomodo casus iste existere queat, ut per sententiam decla-

122

ratoriam, eatque super contrauindicatione latam, tertii iura laedantur. Cum enim nemo dominus alicuius rei declarari queat, nisi is liquido dominium suum demonstrarit, non poterit deinde tertius existere, qui dominium suum adhuc dilucidius probare possit. Duos enim unius rei in solidum dominos esse non posse, manifesti iuriis est. Igitur reuera sententia ista declaratoria, qua contrauindicanis post sufficientem dominii probationem dominus declaratur, nemini ius quaeſitum aufert, sed eum tantummodo contra temerarios litigatores praefat securum. Et finge etiam, existere quendam, cui reuera per huiusmodi sententiam noceatur, tametsi hunc casum rarissimum futurum existimem: tunc tamen idem respondendum erit, quod iis obiicitur, qui iustitiam usucaptionum et praescriptionum cerebri na aequitate sua oppugnant, uidelicet, bono publico hoc remedium introductum esse, ne rerum dominia in incerto diu fint, *L. i. de Usurpationib. et usucap.* Igitur nihil superest, quam ut opinionem nostram priscorum quoque ICtorum suffragiis corroboremus. Eleganter *Alex. l. 7. conf. 35.* actus, ait, inter alios gestus, quo quis se heredem facit, semper quoad omnes probat, illum heredem. *Io. Andreas post c. ult. de Confuet.* sententia data super consuetudine contra unum, omnibus praeiudicat. *Baldus l. 5. Conf. 265.* sententia, lata super nullitate testamenti contra heredem, praeiudicat substituto et fideicommissario, etiam non citaro. *Mandel. Confil. vii.* sententia lata super validitate instrumenti praeiudicat omnibus. *Guid. Pap. Decis. 549.* sententia, lata contra unum ex mercatoribus super solutione gabellae et pedagii in causa mota per dominum pedagii, uel gabellae, praeiudicat etiam aliis mercatoribus, licet non citatis. Ex his

itaque et ceteris testimoniis, quae *Cardinalis Tusculus* lit. *S. Concl. 174.* affert, nec non ex legibus supra memoratis secure concludimus: *Sententiam declaratoriam tertio etiam agenti opponi posse.* Nihil ergo impedit, quo minus ea ad sententiam quoque declaratoriam, super contrauindicatione latam, accommodemus. Huc pertinent regulae iuris: *Res iudicata pro ueritate accipitur L. 207. de R. I. Ges̄a,* quae sunt translata in publica monumenta, habere uolumus perpetuam firmitatem, *L. ult. C. de Re iud. c. II. X. de Probat.* Vide quoque *L. 15. de Ext. rei iud.* et ea, quae ad illam dicemus *infra* §. 43.

## XL.

*Contra-  
uindicans  
rem ideo  
non amit-  
tit, si in  
probatione  
deficiat.*

Antequam progredimur, quaestio excutienda est maximi momenti, uidelicet: an possessor contrauindicans, qui praeter necessitatem onus probandi suscepit, causa cadat, si quidem in probatione dominii deficiat, et utrum hoc casu cogatur actori, licet is nihil probarit, rem restituere? Quod utique negandum est secundum principia naturalis aequitatis, et iuris Romani, legumque Saxoniarum. *L. 4. C. de Edendo, auctore, inquit, non probante, qui conuenit, et si nibil ipse praefat, obirenebit.* Ita quoque §. 4. *J. de Interd. Commodum,* ait, *possidendi in eo est, quod, etiam si eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit, suam esse, probare, remaneat in suo loco possessio:* propter quam causam, cum obscura sunt utriusque iura, contra petitorem iudicari solet. Sed omnium clarissime *O. P. S. tit. 21. §. ult.* Es soll aber gleichwohl nichts minders in solchen Fällen vor allen Dingen dahin gesehen werden/ ob der Kläger seiner Klagen Grund erwiesen / und / da solches nicht geschehen / der Beklagte / ob er gleich seine Exception / wie er sich angemast / nicht behracht / absolviret werden.

## XLI.

## XL I.

Illud vero contrauindicanti etiam atque etiam *Iudex ur-*  
*praecipiendum est, ut in probationibus suis simul petat a geri debet,*  
*iudice, ne hic simpliciter sententiam contra petitorem ne in sen-*  
*concipiat, sed ut expresse simul dominium possessoris tentia de-*  
*claratio-declararet. Vrgendus enim est iudex, ut hoc faciat. Id claratio-*  
*quod colligimus ex L. 14. de Probat. ibi: Si quis ultiro in se nem do-*  
*fuscipt probationes, ad hoc, ut sententiam ferat pro ingenii minii o-*  
*tate facientem, b.e. ingenuum se esse ut pronuncietur; item,*  
*sententiam secundum se dandam.* Quodsi ergo iudex per  
incuriam forte aut malitiam, neglectis contrauindican-  
tis precibus, dominii declarationem omittat, leuterati-  
oni, aliisque iuris auxiliis suspensiis, locus erit, ad id,  
quod deest, supplendum. Praejudicium nuper in sum-  
mo Prouocationum Senatu contigisse, *Dn. Praeses in Sup-*  
*plementis ad Electa Discept. For. part. 1. p. 250. memorat.* In-  
stituerat quis actionem negatoriam. Reus negauerat,  
actori dominium competere. Eius igitur demonstra-  
tio actori iniungebatur. Qua rite peracta, reus nihil  
ominus absolvebatur. Appellabat actor contra senten-  
tiam, atque inter cetera grauamina hoc etiam deduce-  
bat, super demonstratione dominii non fuisse pronun-  
ciatum. Sic igitur iudicarunt Senatores in causa Herrn  
Georg Friederichs Freyherrns von Born/ contra Au-  
gust von Einsiedel/ Consil. aestiuo 1706. Leuterung un-  
geachtet ic. jedoch mit dieser Erklärung/ daß/ weil Ap-  
pellant dem/ den 17. Martii 1702. eröffnetem und in actis  
erster Instanz fol. 12. befindlichem rechtskräftigem Urtheil  
zu folge / das Eigenthum/ des zu seinem Ritter-Guth  
Frobburg gehörigen und in dem so genannten Störeicht  
gelegenen Holzes nothdürftig bescheinigt/ es dabej bil-  
lig sein Bewenden hat. Neque obstabat, quod dominium

in actione negatoria incidenter tantum memoretur, hoc fine atque effectu, quo reo probatio seruitutis imponi possit. Attendendum enim est, reum, cum, secundum indolem actionis negatoriae, seruitutem sibi in re, in iudicium dedueta, competere ait, pariter confiteri, non se, sed actorem dominum esse, quum res propria nemini seruire possit. Quanquam, re recte putata, liquet, actorem sententia, qua reus est absolutus, se satis tueri posse, propterea quod per eam reo asseritur seruitus, ab eodem comprobata, quae praefruit, ex parte actoris dominium rei, quae reo seruit. Satis tamen est, per sententiam exprimi ea, quae per bonam consecutionem eadem continentur.

## XLII.

*Contra-  
uindicati-  
ciana ob  
commodiorem  
probationem  
instituatur,  
di-  
onis uſus  
spiciendum  
est, an  
possessor  
in illa quoque  
contraudi-  
nitione  
care, siue  
dominium  
suum probare  
possit. Id  
quod af-  
firmare  
non dubito,  
propterea,  
(1.) quia  
natura  
actionis  
Publiciana  
eadem  
est, quae  
rei  
uindicationis.  
Namque  
in Publiciana  
actione  
omnia  
eadem  
erunt,  
quae  
et  
in  
rei  
uindicatione  
diximus L. 7. §. 8. de Publ. in rem act. Igitur  
cum contrauindicatio, instituta rei uindicatione, locum  
habeat, habebit etiam locum in actione Publiciana. Sed  
deinde (2.) clarius argumentum suppeditat L. 16. de Publ.  
in rem act. quae sic ait: Exceptio iusti dominii, quam nos  
contrauindicationem vocamus, Publiciana obicienda est.  
Liberum ergo erit possessori, qui Publiciana conueni-  
tur, uelutne simpliciter negare intentionem actoris, ex-  
cipiendo, rem petitoris non esse, L. 7. §. 7. et L. 17. de Publ. in rem  
act. Nemo enim in hac actione ad probationem dominii  
compellitur, L. 73. pr. de R. V. Quodsi uero in iuribus suis*

con-

confidat, consulendum ei est, ut exceptionem iusti dominii opponat, atque, ut par est, demonstreret. Quo casu eadern iura, quae ex rite peracta contrauindicatione profiscuntur, obtinebit.

## XLIII.

In hereditate petenda, siue vindicanda, (uti L. 3. C. de Item in Petit. hered. loquitur,) contrauindicatio quoque, siue potius contrapetitio hereditatis locum habet; qua is, qui ab altero hereditatis petitione conuenitur, se heredem esse, excipit et probat, atque, talem se declarari, petit. Extat de hoc argumento elegantissima et clarissima L. 15. de Exc. rei iud. Si inter me et te controversia de hereditate sit, et quasdam res ex eadem tu possides, quasdam ego, nihil uerat, et me a te, et innicem te a me hereditatem petere. Quodsi iam semel mihi, uel abs te, uel ab alio lis super illa hereditate mota fuit, et tu possem rem iudicatum hereditatem item petere ceperis, interest, utrum in sententia antea lata, meam esse hereditatem, declaratum sit, an contra. Priore casu, si, meam esse, pronunciatum sit, nocebit tibi rei indicatae exceptio, quia eo ipso, quo, hereditatem meam esse, generaliter licet inter alios pronunciatum est, ex diuerso pronunciatum videtur, tua non esse. Si vero, posteriore casu, meam non esse hereditatem, iudex declarauit, exceptio rei iudicatae tibi non obstat. Nam nihil de suo iure iudicatum intelligitur, quia potest nec mea hereditas esse, nec tua. Conf quoque L. 42. de Hered. pet. ibi: quod se dicat heredem.

## XLIV.

Sed et contrauindicatio ad seruitutes, atque alia iura illis similia proferri potest. Qualem casum nuper Senatus prouocationum Consilio aequino 1706. diuidebatur in causa Rudolphs von B. und Consorten auf L. contra Richter Rath und die Gemeinde Altesten der Bürgerschaft zu A. Actio

nec non in seruitutum, alio-  
rumque si-  
milium iu-  
rium uin-  
dicatione.

Actio iniuriarum aestimatoria instituebatur ab eo, in cuius iurisdictione certa dolia externae cereuissae, obtentu iuris prohibendi, a communitate illa priuilegiaria fuerant ablata. Reus facta, in libellum deducta, in primis die geflagte Bier-Abnahme / in litis contestatione negabat, subiecta exceptione iuris prohibendi, eamque articulis deinceps probatoriis inferebat. Posteaquam autem super his articulis reus partim instrumenta inducbat, partim deferebat iusurandum, renuebat actor recognoscere instrumenta, atque ad articulos, de quibus iusurandum deferebatur, respondebat, reum, qui factum neget, ad deducendum ius prohibendi minus recte admitti, atque adeo articulos reprobatorios, quibus exceptio iuris prohibendi continetur, pro impertinentibus merito haberi. Tum reus bene urgebat, (1.) non pugnare negationem facti, atque oppositionem praedictae exceptionis, quum haec non simpliciter, sed tantummodo in euentum adiecta esse intelligatur *L. 9. C. de Except.*  
 Beklagte hätten das Bier nicht hinweg genommen, auch da gleich sie solches gethan, wären si dessen wohl befugt gewesen, (2.) multum omnino interesse, utrum, actore non probante, reus duntaxat ab actione instituta absolvatur; an simul ius prohibendi, idemque satis probatum, ipsi competere, per sententiam declaretur. Vide ea, quae *supra* §. 38. et 39. diximus. Censuit igitur Senatus: daß Kläger seines Einwendens ungeachtet, auf die Gegenbeweis-Articul sub poena confessi et convicti sich einzulassen, so wohl die producirent documenta sub poena recogniti zu recognosciren schuldig. Atque hanc sententiam confirmauit postea *Consil. aestiu 1707.* Egregium quoque contruindicationis usum, maxime in actione negatoria agnoscit, et singulari exemplo illustrat *DN. PRAESES in Supplementis ad Ele&th. Discept. For. part. 1. p. 250.* Quod exemplum cum iam *supra* §. 41. fuerit recitatum, eo beneuolum lectorum remitto.





Wittenberg, Dist., 1708

ULB Halle  
005 359 333

3







N.S.  
1079. 5  
1708. 46

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA  
DE  
**CONTRA VINDICATIONE**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
**FRIDERICO AVGVSTO**  
PRINCIP<sup>E</sup> REGIO, ATQVE ELECTORATVS  
SAXONICI HEREDE  
PRAESIDE  
**IO. HENRICO BERGERO**  
POTENTISSIMI REGIS ET PR. ELECTORIS SAXONIS  
IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIO  
ATQVE ORDINARIO IN ACADEMIA  
VITEMBERGENSI  
AD D. XV. DECEMB.  
c<sup>o</sup> I<sup>c</sup>CC II<sup>X</sup>.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISCEPTATIONI  
SVBMISIT  
**CAROLVS LVDOV. DE LICHTENHAYN,**  
EQVES SAXONICVS  
AVCTOR.  
EDITIO SECUNDA.  
WITENBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.  
c<sup>o</sup> I<sup>c</sup>CC XVIII.